

Universitätsbibliothek Wuppertal

Scriptores de orthographia

Keil, Heinrich

Lipsiae, 1880

Ars Agroecii de orthographia

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-2014](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-2014)

ARS AGROECII DE ORTHOGRAPHIA

DOMINO EVCHERIO EPISCOPO AGROECIVS

p. 2265 P.

Libellum Capri de orthographia misisti mihi. haec quoque res proposito tuo et moribus tuis congrua est, ut, qui nos in huius vitae actibus corrigere vis, etiam in scribendi studiis emendares. nihil ergo quod in nobis est alienum a castigatione tua credis: omnia nostra, et quae dictu
⁵ parva sunt, sollicita indage rimaris, a vivendo ad scribendum, ab animo ad manum, a corde ad articulum pervenis. hoc est vere summum dei sacerdotem *esse*, commissos sibi homines, ut ipsi dicitis, et secundum spiritum imbuere et secundum litteram perdocere. huic ergo Capri libello, qui est de orthographia et de proprietate ac differentia sermonum, quae-
¹⁰ dam adicienda subieci, non quod vir tantae peritiae aliquid praetermiserit, tam multis praesertim litterarum operibus celebratus et in commentando etiam Cicerone praecipuus, sed quia nos difficilia putamus quae ille ut

M codex Montepessulanus 306

B codex Bernensis 432

C codex Bernensis 338

c eiusdem codicis corrector

§ *editiones antiquissimae ex editione Veneta Nicolai Iensoni expressae, ex quibus pauca adscripta sunt*

p editio Putschii, ex qua item pauca adscripta sunt

EPLA AGROECII AD EUCHERIUM EPM Domino meo eucherio epo agroetius salutem *M* INCIP ARS AGROECII DE ORTHOGRAFIA DNŌ eucherio episcopo agroetius *B* INCIP ARS AGROETHI RETHORIS DE ORTOGRAPHIA FELICITER Domino eucherio episcopo agroetius *C* Agraetius de orthographia et proprietate et differentia sermonis. Domino meo Eucherio Episcopo Agraetius salutem dicit § 1 pposito *B* 2 tuis *om. C* ut qui nos *M* ut quē nos *C* ut quā nos, *sed delete* nos *B*, ut quia scilicet nos § 3 ergo quod] quoque *C*

4 credis omnia *B* credas omnia *M* credis cum omnia *C* etiam quae *p* 5 parva] praua *C*, uel parua *superscr. c* sunt] sint *B* 7 esse *om. MBC*: summum sacerdotem dei esse § 8 perducere *M* capri libro uel libello *BC* 9 qui est] quem *M*, *om. BC* 10 non quod *BC* non quia *M* 11 et in commendando etiam ciceronē (ciceceronē *corr. -ne C*) praecipuus *BC* et qui commentando etiam ciceronē praecipuus *M. fortasse* et qui commentando etiam Cicerone est praecipuus 12 sed quia] siue quā *B* sed *C*

p. 2265. 66 P.

facilia neglexit. ego autem credidi haec ambigua aliquantis videri, quia mihi obscura frequenter fuissent. ad te igitur hoc opusculum mittitur, in quo laborabis plurimum, cui necesse est emendare ipsum qui aliquid emendare praesumpsit. donabit divina pietas ut, qui scriptum a te observare volumus, etiam praescriptum tuum servare possimus. vale memor nostri, decus et praesidium meum.

Agroecius cum latine scribis, per diphthongon scribendum, non, ut quidam putant, per i Agricius.

Triceni de tricentis dices, trigeni de triginta.

Accersit qui evocat, arcessit qui accusat, sicut Cicero 'non capitis 10 arcessere'.

Ecquando increpando vel inquirendo interrogantis adverbium est, [et] quando simpliciter loquentis. similiter en, cum ostendis; em, cum increpas: Cicero 'em cui tuos liberos tute committas': hem, cum dolor iram moverit, aut cum admiratio vel cogitatio stuporem. 15

Acervus moles est, acerbus immaturus et asper. Segnis, insignis.

Abitum sine aspiratione de abscessu scribis, habitum de vestitu vel gestu membrisque dicimus.

Sicut 'primus e multis' et 'prior e duobus', ita postremus | de multis et posterior de duobus et alter de duobus dicitur, alius de multis. 20

Vae interiectio dolentis est, ve coniunctio subiunctiva. praemium cum

IN

1 ego autem] Ego hoc C aliquantis] aliquan M quia mihi — fuissent M
quae mihi — fuerunt BC 2 opusculum] opus BC 3 in quo om. C
laborabis plurimum spu laboris plurimum B ipsum] eum BC 4 prae-
sumpsi M qui etiam scriptum a te observare volumus (volumus B) etiam
praescriptum tuum servare possimus BC 5 vale INCIP ORTOGRAPHIA
AGROECII RETHORIS Agroecius et cum latine scribas B vale INCIPIT ORTO-
GRAPHIA EIUSDEM Agroetius cum latine scribas C 7 Agroetius sicut (Agro-
ecius sicut et Sang.) apud grecos scribitur cum diptongo scribendum quia grecum
nomen est, siagrus uero absque diptongo. Triceni codex Bernensis 330 et Sanger-
manensis 1180 Agroetius cum latine scribas M per diptongum oe C
8 per y Agrytius MBC 9 Trecenti de trecentis trigeni de treginta C
10 non capitis arcessisse uel arcessere BC nos capitis arcessere p: Cic. p. Deiot.
11, 30 12 adverbium om. BC 13 similiter enim cum ostendis en cum increpas:
Cicero en cui tu quoque libere liberos tute committas hem cum dolor & simi-
liter en cum ostendis, Cicero en cui tuos liberos tute committas: item cum
dolor p 14 em cui] Cic. in Verr. act. sec. I 37, 93 tuos BC tu qq M
liberos] leberos B iram commouerit B 16 moles est Beda p. 2777, molis
est M molis (corr. -es) uel cumulus C molis est uel mole B immaturus uel
asper B Segnis insignis B Segnis spatio octo litterarum in fine versus
relicto M, Segnis insignis dicendum C segnis uel in segnis de pigro uel non pigro
dicendum c 17 abscessu M 18 gestu membrorum cum aspiratione Sic pri-
mus de multis C 19 sicut] sic B prior ex duobus M ita postremus de
multis et posterior e duobus in initio paginae repetitum est in M 20 et ante
posterior et ante alter om. BC posterior e (corr. al. m. de B) duobus MBC
21 est post dolentis om. M, add. BC proemium cum (oe add. c) diptongo C

p. 2266. 67 P.

diphthongo scribendum; pretium precor sine diphthongo. veteres enim maioris rei sermones cum diphthongo et quadam dignitate scribi voluerunt. precari autem est rogare, inprecari maledicere, deprecari excusare et expurgare: Virgilius 'equidem merui nec deprecor inquit', Cicero
 5 'quid faciet Hortensius? avaritiaene crimina frugalitatis laudibus deprecabitur?'

Nubo nupsi: cum vocalis sequitur, b esse debet; cum consonans, p. similiter scribo scripsi.

Fides de fidelitate, fidis de chorda.

10 Disertus orator est, desertus derelictus. delator qui defert ad accusandum, dilator qui differt | ad proferendum. deluit purgat, diluit temperat: Livius de morte Mithridatis 'quod cum diluisset'.

Adversum te adversarius, adversus te imitator.

Hinnuleus, ut acutum sit, quia nomen a sono vocis accepit.

15 Deduco de amico producendo, diduco autem est distraho. directum in rectum vadens, directum in latera rectum.

Partem nomen est, partim adverbium.

Fastus de superbia facit genetivo plurali fastuum, fastus de libris facit fastorum.

20 Expectatur venturus, spectatur qui videtur vel probatur.

Apparet qui videtur, adparet qui obsequitur, non regulae ratione, sed discernendi intellectus gratia.

Hercules Achilles Verres recto casu per e scribuntur, genetivo autem per i; et omnia huius modi nomina e *longam*, i brevem habent.

1 pretium (et add. B) precatus sine oe veteres BC 2 maioris] maiores C scribi] dici et scribi BC 3 et purgare se BC 4 equidem] Verg. Aen. XII 931 inquit om. BC, add. M 5 quid] quidem corr. al. m. quid B: Cic. in Verr. act. sec. II 78, 192 auaritia nec M et deleto c BC frugalitatis M Bc frugalitatibus C 7 Nubo nupsi (corr. nupsi c, nupsit B) scribo scripsi (scripsit B) cum uocalis sequitur b esse debet et cum consonans p Fides BC debet om. M 9 Fides fidei de credulitate, fides fidis de chorda, utraque es longa Beda p. 2785: cf. Charis. p. 69, 18. 70, 16 corda MBC 10 Disertus orator BC 11 dilator qui differt om. B difert C ad proferendum. Traducta est getulis: nec ducit arena nocentes: et delator habet quod dedit exilium. Deluit purgat s: Martial. epigr. 4, 3 12 mitridatis quod diluisset B mitridatis quam diluisset (corr. deluisset) C. fortasse Livius 'de morte Mithridatis cum diluisset' 13 imitator] emitator B emittatur C 14 Hinnuleus — accepit spatio vacuo relicto om. M, Inuleus ut acutum sit quia nomen a sono uocis accipit B inutile aut accusatum est quia nomen ex sono uocis accepit C. fortasse hinnulus ut i acutum sit 15 autem hoc est BC 16 in latera uel in late rectum C in latera rectum uel in latearrectum B 18 facit] et facit utroque loco BC plurali om. M, add. BC fastus de libris M s fastus de libris B fastum de libris C fastos de libris p 21 quid obsequitur B 22 gratia est B gratia hoc fit C 24 omnia om. C huius modi] eiusdem modi Bp e longam i breuem habent] e breue habent C, e breue hab' sed e et hab' ras. M, i. breuis e B, om. p

Fuerimus coniunctivo modo tempore praeterito perfecto, i brevis est; et fuerimus eodem modo tempore futuro, i longa est * in verbo passivo indicativi modi temporis futuri dicar diceris.

Miramur opera, admiramur virtutes.

Labium superius dicitur, labrum inferius. rostrum non nisi quod 5 incurvum est.

Exercitus laboribus, exercitatus studiis.

Minores esse res aliquas aut homines dicimus. nam minoris emptum aut aestimatum quippiam recte scribimus, sicut et pluris, quod maiore summa taxatur. plures vero de multitudine scribimus. plures comparativus 10 gradus est: Cicero 'unus plures praedonum duces cepit Publius Servilius quam ceteri'. positivum habet 'multi', superlativum 'plurimi'. cepit de capiendo, coepit de incipiendo scribimus.

Vterque de duobus dicimus, utrique de binis aut pluribus ex utraque parte positus, uterque venit, utrique veniunt: Cicero 'iubeo promi 15 utrosque, binos habebam', quia Delphica vasa paria semper sunt, unde ipse Cicero 'dicebat scyphorum paria conplura'.

Quaeritur de inquirendo, queritur de implorando scribimus. sic et | quaestus lucri, questus lacrimarum.

Poculum vas est, potio quod hauritur: Cicero 'accepto poculo 20 subito in media portione exclamavit'. 'dimidiatum calicem bibi', non dimidium dicere debemus. non enim ipsum vas bibis, sed quod intra vas est.

Olim et quondam et aliquando tria tempora tenent. praeteriti tem-

1 i brevis est] e brevis est M e brevis est C et brevis est Bp 2 et ante fuerimus om. Bp tempore futuro et longa est in verbo passivo indicativi modi (modo corr. -di C) temporis futuri dicar diceris MC, sed et — diceris in rasura sequente octo fere litterarum spatio M, tempore futuro et longa est cum diceris (diceris p) verbo activo coniunctivo modo diceris verbo passivo indicativo modo Bp. lacunam indicavi, in qua quaedam excidisse videntur de differentia temporis praesentis et futuri in activo verbo, dico dicis et dicam dices, et in passivo verbo, dicor diceris et dicar diceris 4 admiramur] ammiramur B 5 inferius M 6 incorum B 7 exercitus laboris (corr. -ibus) et exercitus studiis C 8 res alias aut (ut C) homines BC 9 aestimatum] uestimatum B 10 taxatur C, corr. al. m. taxatur B comparativus gradus (grecus corr. al. m. gradus B) est cicero BC comparativi gradus est sic cicero M: Cic. in Verr. act. sec. V 26, 66 11 coepit publius servilius M cepit servilius B coepit servilius C 12 habent B 13 scribimus] dicimus C 14 dicimus] scribimus C 15 veniunt] venerunt vel veniunt BC iubeo] Cic. in Verr. act. sec. IIII 14, 32 16 binos habebam quia ad delphicam vasa paria BC binos ut habeam que ad delphica vasa comparia M 17 dicebat] Cic. in Verr. act. sec. II 19, 47 conplura M cōplura vel cōplura C conplura vel conpluralia B 18 sic et quaestus (questus B) lucri et questus lacrimarum BC 20 quod BC quae M accepto] Cic. p. Cluent. 10, 30 22 sed om. C 23 et ante quondam om. BC praeteriti praesentis temporis et futuri adfatim inveniuntur exempla praesentis demus B praeteriti praesentis et futuri adfatim inveniuntur de his exempla praesentis temporis exemplum demus C

p. 2268 P.

poris et futuri adfatim inveniuntur exempla; sed praesentis demus, quod difficilius videtur,

litora quod tumidis submersum tunditur olim fluctibus:

5 quondam etiam victis redit in praecordia virtus:
'expergiscimini aliquando et capessite rem publicam'.

Conscribere est multa simul scribere, exscribere quod alibi scriptum sit transferre; transcribere, cum ius nostrum in alium transit, inscribere accusationis, adscribere adsignationis, describere dictionis vel
10 ordinationis.

Exstruere est in altum struere, instruere aciem vel actionem, adstruere adfirmare, construere in struendo coniungere, substruere re aliqua superposita subter struere.

'Memini me facere' dicere debemus, non 'memini me fecisse'. nam
15 'memini' sermo est totus praeteriti temporis, qui ante factam rem in praesens revocat, et si dixeris 'memini me fecisse', duo praeterita simul iungis: Cicero 'memini Pamphilum Lilybetanum mihi narrare' [solitum], idem infra ' respondi Metello, ut debui, etiam illud memini me dicere': Terentius

20 ego illam vidi, virginem forma bona
memini me videre:

Virgilius

cantando [solitum] memini me condere soles,

idem 'memini Auruncos ita ferre senes', et multis praeterea locis.

25 neque invenitur ubi ab aliis magnis auctoribus 'memini' positum sit, ut non

1 quod difficilius est uel difficile uidetur tumidis quod fluctibus olim tunditur quondam *BC* 3 litora] *Verg. Aen. V 215* 5 quondam] *Verg. Aen. II 367* 6 expergescimini *B* expergescimini *C*: *Sallust. Cat. 52, 5* 7 multa simul *BC* et *Beda p. 2782*, simul multa *M* exscribere *C* quod alii scriptum sit *B* quod alii 'conscriptum sit *C*, corr. quod alibi conscribitur *c* aliunde
8 transcribere (*superscr. ē C*) cuius nostrum *BC* inscribere accusationis *Beda*, inscribere accusationis uel occasionis *M* inscribere actionis uel accusationis *B* inscribere actionis est uel accusationis *C* 9 describere *B* 10 ordinationis exstruere est *BC* ordinationis est exstruere *M* 12 substruere re aliqua superposita supter struere *M* substruere aliqua supra posita substruere *B* uel aliqua supra posita substruere *C* 15 ante actam *Beda p. 2791* 16 revocat] reuocet uel reuocat *B* reuocet (*corr. -at*) uel contra *C* et ante si *om. C* 17 memini Pamphilum Lilybetanum *p* memini pamphilum libitanum *BC* me lybitanum pamphilum *M* memini me pamphilum Libytanium *ε*: *Cic. in Verr. act. sec. IIII 14, 32* 18 respondi] *Cic. in Verr. act. sec. IIII 66, 147* metello et debui, sed deletis *v.* et debui *C* illud] aliud *M* 20 ergo corr. ego *C*: *Terent. Andr. II 5, 17* 21 memini *MBC* qua memini *c* 23 cantando] *Verg. bucol. 9, 52* 24 idem — senes *om. C* memini me auruncos *M*: *Verg. Aen. VII 205* senes] seniores *B* et] ex *C* praeterea in locis *M* 25 neque] raro *C*

p. 2268. 69 P.

addatur aut 'esse' aut aliquis talis sermo, qui praesens tempus restituat, nisi uno loco [et quasi hoc mirabile uno loco],

namque sub Oebaliae memini me turribus altis

Corycium | vidisse senem,

quod poetae pro necessitate metri licuit usurpare.

5

Instar illius rei dicere debemus, non ad instar.

Quaeritur ab aliquantis, quare s littera inter liquidas posita sit, cum vel sola facere syllabam videatur ac per hoc dicta sit suae cuiusdam potestatis esse, aliae autem liquidae in ipso concursu litterarum et sermonum ita conglutinentur, ut paene interire videantur. haec ratio est: 10 apud Latium, unde latinitas orta est, maior populus et magis egregiis artibus pollens Tusci fuerunt, qui quidem natura linguae suae s litteram raro expriment. haec res eam fecit haberi liquidam.

Arbor omne lignum dicitur, arbusta non nisi fructifera.

Hora dierum est, ora finium.

15

Pignera rerum sunt, pignora filiorum et adfectionum.

Columbae quae mansuefieri possunt et domibus adsuescere, palumbes ferae saxis silvisque inhabitantes.

Rubor coloris est, robur virtutis, robor arboris.

Veniunt qui vendunt, veneunt quae venduntur.

20

Consuescimus bona, insuescimus mala, adsuescimus utraque.

Contingunt bona, accidunt mala, eveniunt utraque.

Fungi agere est, defungi [deficere vel] peragere.

Adolescere augmenti est, inolescere coaugmenti, exolescere evanescendi.

Avenae sterile germen, habenae retinacula iumentorum. hoc de habendi 25 potestate, illud de occupandi aviditate dictum.

Deuncem decem uncias dicimus, diuncem undecim.

Pulchritudo formae in viris dignitas, unde Cicero pro Caelio 'quis non possit huic aetati atque huic dignitati, etsi sine suspi-

1 aliquis talis *M* aliquantis *B* aliquis *c* 2 nisi uno loco et $\overline{q}s$ hoc mirabile uno loco namque *M* nisi uno loco namque *B* nisi in uno loco namque *C* nisi uno loco et quasi hoc mirabile namque ε : *Verg. georg. IIII 125* 3 Oebaliae ε eoliae *B* eoliae *C*, in lacuna om. *M* 5 usurpari *B* 8 vel] velut *MBC* facere syllabam *BC* syllaba haberi *M* 9 esse *C* est *B*, om. *M* 10 conglutinantur *C* conglutiantur *B* 11 Latium] latinum *B* latinos *C* orta est et maior *M* maiores populi *C* 13 raro] raro corr. *al. m.* raro *B* facit habere *B* 14 dicitur om. *M* arbusta nonnisi fructifera *Beda p. 2778*, arbor nonnisi fructifera *MB* sed nonnisi fructifera *C* 17 mansuetae fieri *M* 18 ferae et saxis *BC et Beda p. 2782* 19 rubur (corr. robur) uirtus robor arbor *C* 20 quae] qui *M et Beda p. 2804* 22 contigunt *M* 23 deficere vel om. *BC et Beda p. 2785, add. M* 24 augmenti] mentis *B* evanescendi $\bar{e}$ *M* evanescendi *B* 27 decem nntias decimus *B* 28 pro Caelio quis] pro aliquis *C*: *Cic. p. Cael. 3, 8* 29 huic posteriore loco om. *p* et sine suspitione *B* etiamsi sine suspitione *p*

p. 2269. 70 P.

tionem, at non sine argumento maledicere?' in feminis autem honestas dicitur, unde Terentius de horrido et sene Eunucho 'illumne inhonestum hominem [ambulare]'. formositas vero in luxuriosis: Virgilius

formosum pastor Corydon ardebat Alexin.

5 Ipse pronomen dignitatis est, iste abiectiois.

Donum dantis est, munus accipientis. illud a dando, hoc a muniendo vel a monendo | dictum.

Has manus unius hominis dicimus, hanc manum multorum hominum.

Coarguere est coercere et compescere, arguere ostendere et pate-
10 facere: Virgilius 'degeneres animos timor arguit'. unde argumenta dicuntur quae causam ostendunt.

Sunt sermones, ut ita dixerim, communes duo sibi contraria significantes. vector dicitur et qui portat et qui portatur. hospes et qui recipit et qui recipitur. sacer et venerandus et execrandus: Virgilius 'auri sacra
15 fames'. ultus et vindicatus et punitus. gratia et bonae et malae rei causa: nam sicut dicimus 'amicitiarum et beneficii gratia', ita Sallustius 'obprobrii gratia', et Cicero 'relegationis ac supplicii gratia colenda et fruenda tradiderat', et Terentius 'qui referam sacrilego illi gratiam'. suffragia populi et quae honorant dicuntur et quae
20 damnant: Cicero de praetura urbana 'istum vis ulla ex populi Romani suffragiis eripere poterit'. donamus et illud quod damus et illum cui damus. adficimur honore et adficimur iniuria. elevamus et quae in altum attollimus et quae adnullando leviora facimus. subducimus et quae retro subtrahimus et quae in promptu offerimus: Sallustius bello Catilinario

1 at non MC ac non e aut non B 2 unde Terentius de horrido et sene eunucho s

unde terentius de horrido et si sine cultu eunucho M unde terentius de ordo
etsi sene eunucho B unde eunucho aliquot litteris defectu membranarum
perditis C. fortasse unde Terentius de horrido et inculto sene Eunucho: Terent.
Eunuch. II 3, 65 illumne honestum BC 3 ambulare om. BC, add. M
4 formosum] Verg. bucol. 2, 1 ardebat alexis C, om. Bp 6 hoc a mouendo
uel a monendo dictum BC 8 hanc (hunc C) manum multos homines BC
10 degeneres] Verg. Aen. IIII 13 animas B 13 hospes est qui B
14 auri] Verg. Aen. III 57 16 dicimus] diximus C ita supplicii gratia
Salustius obprobrii gratia C: Sallust. Cat. 23, 1 quem censores senatu probri
gratia moverant 17 et ante Cicero om. B relegationis M religationis B
religionis pC: Cic. p. Rosc. Amer. 15, 43 18 fruenda MC seruanda Bp
quid referam B: Terent. Eunuch. V 3, 2 20 praetura M praefectura BC
istum vis illa populi suffragiis eximere poterit p: Cic. in Verr. act. sec. I 5, 14
non vereor ne aut istum vis ulla ex populi Romani suffragiis eripere aut a me
ullum munus aedilitatis amplius aut gratius populo Romano esse possit
21 eripere ne poterit M poterit Ubi eum pudet donamus B: cf. p. 120, 3 22 cui
damus] cui donamus C 23 adnullando] adlando Bp 24 Sallustius bello Catil-
linario] salustius bello catilina M bello uel catilinae salustius C bello catilinae
uel catilinae salustius B: Sallust. Catil. 59, 3

'optimum quemque in primam aciem subduxit'. 'me tui pudet' dicit et quem de alterius facto pudet et quem de suo: Terentius in Adelphis sub verbis Aeschini 'ubi eum pudet patri non ante confessum'. discrimen periculum vel diversitas. reditus regressus vel lucrum. supremus summus et ultimus et superiorem et inferiorem significant. 5 altum et quod sursum est et quod deorsum. procul et longe et prope significat: Virgilius

clipeo est excussa [sagitta] proculque
egregium Antorem *latus inter et ilia fixit.*
damnatus et addictus et absolutus: idem Virgilius

quem damnet labor aut quo vergat pondere letum,
id est quem virtus sua absolvat aut victorem faciat. numquam enim tantus auctor in duabus diversis lancibus unam rem ponebat, praesertim cum interponeret 'aut' coniunctionem disiunctivam. idem ipse alio | loco 'dam-
nabis tu quoque votis'. sicut voti reos dixerat, ita et absolvendos 15 dixit. unde et in iure 'damnas esto legato' dicitur, hoc est 'solvendo esto', quod solvi omnibus modis necesse est, etiamsi res legatur aliena. in praepositio utriusque casus, cum in loquelas transit, fit etiam communis intellectus. nam et satis et parum et factum aliquid et non factum significat, sicut inpotens et infractus. latere et absconsum esse 20 aliquid dicimus et late patere: Virgilius 'et scuta latentia condunt' et 'torva solum sub fronte latebat'. horrendum dicimus

2 dicit] dici *corr.* dicimus *C*, *om.* *M* Terentius — Aeschini] in adelphorum libris terentius sub uerbis aeschini *M* Cicero in adelphis sub uerbis aesceni *C* Cicero in adelphorum sub uerbis aesceni *B*: *Terent. Adelph. IIII 5, 49*
4 discrimen — lucrum *om.* *BC*, *add.* *M* 5 significat *MBC* 7 Virgilius *om.* *MB*, *add.* *C* 8 clipeo excussa sagitta proculque *M* clipeo (excussa *add.* *c*) sagitta procul *C* Clepeo est excussa sagitta proculque *B*: *Verg. Aen. X 777*
9 Antorem] antor est *B* Antenorem *MC* latus — fixit *om.* *MBC*, *add.* *p*
10 damnatus et addictus et absolutus *Mc* dampnat et addat et absolutus *C* damnatus et addictus et additus et absolutus *B* 11 quem] qui *B*: *Verg. Aen. XII 727* aut quo vergat pondere letum *om.* *B*, aut quo vergat pondere *om.* *C*
letum] loetum *MC* 12 id est] adest *corr.* *al. m.* id est *B* absoluat et nictorem *M* tantus auctor *om.* *BC* 14 disiunctivam] distantiam *B* damnabis] *Verg. bucol. 5, 80* 15 reos] reus *M* absoluendas *B* 16 dixit] dixerat *C* et in iure *M* et iure *BC* dampnans istum esto ligatum (*corr.* legatum) dicitur hoc est soluendo esto istum quod *M* damnas esto legamen dicitur hoc est soluendo esto quod *B* dampnatus esto legibus dicitur et soluendus esto quod *C* 17 etiamsi res ligatur uel agitur uel soluitur alieno, *sed deletis v.* uel agitur *C* legatur] ligatur *B* 18 loquelas] loquela *C* fit] sit *C* 19 nam uel et satis *BC* aliquid aut non factum *C* aliquid uel quod aut non factum *B* 20 inpotens *M* infractus *M*, infectus *corr.* infectus *C* 21 et sic alatenia candunt *B*: *Verg. Aen. III 237* 22 torua *B* corua *C* curua *M*: *Verg. Aen. III 636* sub fronte] suffronta *B* horridum dicimus despicabile: horrendum admirandum *p*

p. 2271. 72 P.

et despicabile aliquid et admirandum: Virgilius 'oculos horrenda in virgine fixos'.

Advocatur daturus patrociniū, invocatur praestaturus auxilium, evocatur praebiturus obsequium.

5 Inlucies sordium est, inglucies ventris. illud a non lavando, hoc ab inglutendo dictum.

Torris lignum praeustum, torrens aquae per praerupta decursus.

Commonemus praeterita, ammonemus praesentia, monemus futura.

Ne multas habet significationes: ne longa adverbium prohibendi, ut
10 est 'ne quaere doceri': ne brevis coniunctio disiunctiva, ut est 'hominesne feraene': item ne longa coniunctio causalis, ut est 'ne tenues pluviae' et 'ne subeant herbae'.

Temeritas sine consilio dicitur, audacia post consilium.

Velocitas pedum et corporum, celeritas animorum atque factorum.

15 Gaudium animi, laetitia et exultatio etiam verborum atque membrorum.

Vlcus est quod nascitur, vulnus quod per alium fit.

Vivum de victuro dicimus, viventem de morituro.

Nascitur quod de utero decedit, enascitur quod de terra aut de aqua
20 exurgit.

Adducitur quis ad rem inhonestam, perducitur ad studia, deducitur ad honorem.

Eluxit qui luctum deposuit; inluxit, cum lumen apparuit.

Nuntiatur de longinquo, denuntiatur in praesenti, adnuntiatur de
25 futuro, renuntiatur de excusando [vel respondendo] vel repudiando: Cicero | 'renuntiata est tota condicio'.

Deportare deponere, adportare est aliquid adferre, conportare in unum locum conferre, exportare tollere.

1 despicabile C displicabile B aliquid ammirandum C oculos] Verg. Aen. XI 507 2 fixas corr. -os C 5 inlucies] inlucies B a non lauando c an non lauando M a non laudando BC 7 torres lignum perustum B per praerupta] in praerupta M decursus MBC decurrens c 8 monemus] praemonemus p 9 significationes habet BC 10 ne quaeras BC: Verg. Aen. VI 614 ne brevis coniunctio causalis (corr. disiunctiva c) ut est ne tenues C hominesne] Verg. Aen. I 308 11 ne tenues] Verg. georg. I 92 12 ne subeant] Verg. georg. I 180 14 corporum] temporum BC 15 verborum atque membrorum] verborum atque verborum B membrorum (corr. verborum) atque membrorum C 17 quod post vulnus om. B 18 dicimus B dicitur MC 20 exurgit vel ad abducitur B 23 Eluxit luctum deposuit MBC Eluxit qui luctum deponit s 24 in praesenti MBC de praesenti c 25 de excusando et repudiando BC Cicero — condicio om. M, add. BCs: Cic. in Verr. act. pr. 6, 16 26 conditio s conductio BC 27 deportare deponere est apportare aliquid adferre C deportare et deponere et adportare est aliquid adferre B

Temperantia est animorum, temperatio rerum, temperies aurarum.

Passim aliquid inveniri de re corporali recte dicimus, affatim de re incorporali. illud enim de incensu, hoc de affectu dictum est.

Lepus animal est, lepos iucunditas voluptatis, unde et gratum aliquid lepidum dicimus [lepos eloquii].

Recipimus aliquid deferendum rogati, suscipimus nostra sponte.

Aspicimus sursum, conspiciamus palam, respiciamus retro, inspicimus intus.

Praeterea temporis praeteriti, Sallustius 'numquam Hispanos praeterea tale facinus fecisse [audivi]', temporis futuri

praeterea aut supplex aris *imponet honorem*.

Eo verbum primae personae facit eo is it. *eho* adverbium interrogantis est, ut '*eho Parmeno nosti*'. *eo* item adverbium loci, ut si dicas '*eo redactus sum*'. *heu* interiectio dolentis est, *eu* laudantis: Terentius '*eu Phormio*'. *heus* adverbium vocantis, *heu* respondentis. *eho* est interiectio iubentis vel hortantis: Terentius '*eho puer, curre ad Bacchidem*'.

Limen aedium est, limes regionum.

Arundo canna est ab ariditate dicta, herundo avis quae tignis adhaeret.

Spirare vivere est, expirare mori.

Pertinacia malae rei perseverantia dicitur, constantia bonae.

Consequimur pedibus, adsequimur studio, obsequimur officio, persequimur iniuria, subsequimur ordine, prosequimur voto.

Nihil adverbium est, nihili nomen. homo enim nullius momenti nihili dicitur.

Genus familiae, gentem regionis recte dicimus.

1 Temperantia] in reliquis lectiones codicis C, cuius scriptura in extrema pagina partim deleta est, non adscriptae sunt animorum est B 2 inveniri B inuenire M re posteriore loco om. B 3 hoc de affectu dictum (om. est) M hoc de affectu dictum est vel de fatu B hoc de affatu dictum s 5 lepos eloquii om. B, add. M 6 suscepimus B 7 sursum] suspicimus B 8 numquid hispanos M numquam hispan' B: Sallust. Catil. 19, 5 9 fecisse audiui M fecisse cognovi B 10 praeterea] Verg. Aen. I 49 aris] eris B imponet honorem om. MB, lacuna in M relicta. videntur autem praeterea excidisse quae apud Vergilium antecedunt et quisquam numen Iunonis adorat 11 *eho* adverbium — nosti post 13 redactus sum et *heu* interiectio — respondentis post 16 Bacchidem transposuit Putschius 12 ut ante *eho* om. B: Terent. Eunuch. II 3, 60 parmino B ut ante si om. B 13 laudantis] latidantis B 14 *eu* formio s *eu* parmeno M *eu* farmino B *eu* Phormio. idem: *eu* noster laudo p: Terent. Phorm. III 1, 14 *eu* respondentis B *eo* est interiectio M *eo* est et interiectio B 15 *eo* puer MB: Terent. Hecyr. IIII 4, 97 18 Arundo canna est ab ariditate dicta (harundo telum e canna add. p). hirundo avis est quae tignis adhaeret. hirundo sanguisuga dicitur s p herundo avis quae M hirundo avis est quae B 19 expirare mori s expirare emori M expirare emori B 20 Pertinacia mala rei actio Perseuerantia dicitur constantia bona B 21 obsequimur — voto om. B 22 prosequimur] adsequimur M

p. 2272. 73 P.

Laetamur de nostris bonis, gratulamur de alienis [amicorum hoc est gratificans laetitia]: Cicero [dicit] 'neque tam istius hominis perditī subita laetitia quam hominis amplissimi nova gratulatio [divitiis eum] commovebat'.

5 Herbidum locum dicimus | in quo herba est, etiamsi aridus esse consueverit, herbosum qui herbam facile generat, etiamsi ad tempus aridus sit. sic et aquaticam potionem recte dicimus, quae aquam aliunde recipit; aquosum autem locum, qui ex se aquam fundit. ita et meracam potionem, merosum autem vinum appellabimus.

10 Attollit aggerat scribendum est. in compositione enim sermonum ad praepositio accusativi casus corrumpitur, cum servire loquelis incipit, quando eam muta sequitur; integra autem permanet, quando semivocalis, ut est adficit adripit. huius rei ratio reddenda est. vocales omnes principes vocis sunt et dominae litterarum, quae, sicut universa fortiora
15 naturaliter faciunt, subiecta et adiuncta sibi protegunt, aequalia autem et resistentia elidunt. nam quo modo non numquam inter se commissae franguntur et synalipham faciunt, ita consonantes sibi creditas conservant. quarum virtutem necesse est ut semivocales imitatae vicinas sibi mutas tuteantur.

20 Quaeritur ab aliquantis, quid distet inter super et supra et subter et subtus. super est quod eminet, supra quod substratum aliquid habet. item subter est quod re aliqua superiore premitur et conculcatur, subtus quod demissum altius non contingitur.

Sinum dicimus exterius sinuatae vestis receptaculum, gremium interius

25 accinctae vestis secretum: Virgilius

pandentemque sinus et tota veste vocantem
caeruleum in gremium.

gremium autem dici e contrario, ab ingressu difficili, similia produunt, sicut aditum et penum et penetrare, eo quod adiri et penetrari raro soleat.

30 Largitas humanitatis est, largitio ambitionis.

1 de alienis ... amicorum *decem fere litteris post alienis deletis M*, de amicorum *B* 2 dicit *om. B*, *add. M* neque] *Cic. in Verr. act. pr. 8, 21* tam *om. s* perdit] *p̄diti M* 3 quam (*huius add. s*) hominis amplissimi noua gratulatio dinititiis eum commovebat *M* *s* quamvis hominis noua gratulatio commovebat eum *B* 5 herbitum locum *B* 6 consueverit *B* consuevit *M* generet etiamsi atempus aridum sit sic aquatitiam *B* 7 aquatam potionem recte dicimus quae aquam aliunde recipiat *Beda p. 2778. fortasse aquatam potio-* nem — recepit recipiat *B* 8 meratam *M* 10 ad *om. B* 12 eam] ea *B* permanet] manet *B* 13 afficit arripit *B* reddenda] tenenda *B* uocales omnis uocis principes sunt *s* 18 imitatae] emitate *B* 19 tuteantur *M* tueantur uel tuteantur *B* 20 et post supra *om. B* 21 est post subter *om. B* 22 re] se *B* 23 dimissum *B* non tangitur *Beda p. 2801* 26 pandentemque] *Verg. Aen. VIII 712* uacantem *B* 28 dici] damnum *B* 29 eo *om. B*

Crassari corporis est et saginae, grassari animi et crudelitatis.

Album naturae tantum est, candidum frequenter et studii. nam et corpori et animo aliquoties adsignatur. albos ergo capillos, carnem candidam recte dicimus. |

Muliebres dicitur a mulieribus aliquid factum, mulierarium per mulieres aliquid ordinatum et per viros gestum.

Inventus multi iuvenes dicuntur, iuventus unius hominis aetas, Iuventa ipsa dea, ut Graeci dicunt [aut ut poetae], Iunonis filia, uxor Herculis, a qua Iunium mensem appellatum in libris fastorum legimus.

Delictum peccatum aliquod dicimus, * delectum militiae aut alius cuius examinis electionem appellabimus. nam diligere adfectionis est, deligere iudicii.

Inter commodatum et mutuo datum non nihil differt. commodamus amico pro tempore equum, vestem, servum, hanc ipsam rem quam dedimus recepturi: mutuo damus pecuniam, triticum, vinum et his similia, quae mutata recipi necesse est.

Ligat quis vinculo, legat testamento.

Loqui hominis est, obloqui obtrectatoris, sicut obicit opponit; alloqui suadentis vel hortantis aut iubentis, eloqui oratoris.

Percussum corpore dicimus, percussum animo: Cicero de signis 'tamquam illa ipsa face percussus esset'.

Efferunt qui exportant, eferunt qui laudando extollunt: idem Cicero 'nimium haec illi fortasse eferant'.

Periculum ad discrimen pertinet, periculum ad experimentum.

1 saginae B et Beda p. 2782, sanguinis M 2 nam et corpori aliquoties et animo adsignatur B 6 aliquid posteriore loco om. B et Beda p. 2791 gestum] iestum B 8 aut ut poetae M aut poetae B et Beda p. 2788 9 legimus in libris fastorum B 10 delectum militiae s dilectum militiae M delictum militiae B. lacunam indicavi; qua definitio participii dilectus, quod a delectu militum Agroecius distinxerat, excidit 11 nam diligere M s nam et diligere B 13 differt] distat B commendamus B 14 amico bis scriptum est in M equum] animal B 18 sicut obicit] sicut obiecit obicit B alloqui persuadentis hortantis uel iubentis B, adloqui persuadentis hortantisque vel iubentis Beda p. 2790 20 tamquam] Cic. in Verr. act. sec. IIII 34, 75 21 face B facies M 22 Efferunt qui portant et efferunt qui laudando extollunt. Idem Cicero nimium haec illi fortasse efferunt s. cf. Non. p. 298, 1 eferre extollere: M. Tullius de signis (in Verr. act. sec. IIII 56, 124) 'nimium forsitan haec illi mirentur atque eferant' eferunt] et ferunt B et qui ferunt M 21 idem nimium haec illi fortasse efferant B idem dñ eferunt nimium haec illi fortasse M 24 Periculum ad discrimen pertinet periculum (corr. al. m. periculum) ad experimentum B Discrimen ad periculum pertinet et ad (et id s) experimentum M s Discrimen et ad periculum et ad experimentum pertinet p. cf. Non. p. 364, 1 periculum est salutis discrimen — periculum experimentum

p. 2274. 75 P.

Indigenae homines dicuntur, indigites dii [ne geniti indegites dii indidem].

Circum pedes sunt obsequia servorum, ante pedes amicorum: Iuvenalis 'togati ante pedes'.

- 5 Insita arbor est cui incisae alienum germen includitur; adsita cui incolumi aliud, quod sustineat, adiungitur: Horatius 'qua populus adsita surgit', quippe quae vitibus maritaretur.

Fremor est murmur hominum, fremitus ferarum.

- 10 Flavum dicimus rubeum, sicut 'flava Ceres'; furvum nigrum, 'furvae regna Proserpinae'; fulvum nigro rubeum, ferinum et superbium, sicut fulvum leonem et fulvam aquilam et fulvum aurum et 'fulva pugnans de nube tuentem', quae haberet igneum aliquid de caelesti et sordidum de lugubri aut certe de Aenea iracundiam, | de Turno tristitiam. fulvum certe aurum, cui ad decorem splendoris sui nigelli aliquid additur.

- 15 Postulatur aliquid honeste, poscitur improbe: Cicero in frumentaria 'incipiunt postulare, poscere, minari'.

Alvus virorum recte dicitur, uterus mulierum, venter in utroque sexu.

Supplicia de tormentis dicimus et de precibus.

1 Indigenae — indidem] Indigene homines dicuntur indigentes digene geniti. Negene tibi de B Indigenes (Indigenae p) homines dicuntur: Indigetes dii. Idem (itidem p) indigetes unde geniti dii $\leq$ p. fortasse indigenae homines dicuntur, hoc est indidem geniti, indigetes di 3 circum] circum corr. cursus M 4 togati] Iuven. sat. 7, 142 5 incisae Beda p. 2788, inscissae M inste B 6 incolumi M qua] quia B q M: Hor. epist. II 2, 170 qua populus adsita certis Limitibus vicina refugit iurgia 8 murmur] rumor $\leq$ 9 Flavum] Flaveum B flava] flavae B: Verg. georg. I 96 furvum nigrum: Horatius quam paene furvae regna Proserpinae p: Hor. carm. II 13, 21 10 regna] regine MB fortasse fulvum cum nigro rubeum ferinum et superbium om. Beda p. 2785 11 aurum, ut Virgilius fulva pugnans p: Verg. Aen. XII 792 12 pugnasse de nube M pugnasse Du pube B haberet igneum] habere eum B 13 de aeneae M tristiam B 14 fulvum om. B addetur B 15 poscitur] patrem B 16 incipiunt] Cic. in Verr. act. sec. III 34, 78 18 et de precibus EXPL. M et precibus diuinis $\leq$

